Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26237
Copyright: Admont, Benediktinerstift

133

fiat. ad eternitate recurrit ubi dicit. Cum dicit et factum est
ita. ostendit in angelis facta esse cognitione rationis.
que in verbo dei est decondenda creatura. Cum addit et ui
dit deus quod esset bonum. ostendit deo placuisset facta. ut
primum sui generis maneret. Cum de ceteris dictum est fiat
secundum genus suum de homine dicit. Faciamus hominem. nec
dicit secundum genus. sed ad imaginem. quia homo non ex precedente
aliquo tamquam imitator ueritatem uidet sed exde
monstrante deo. Iniquorum est tamen reddere mala pro bo
nis. quod deterius est et non reddere bona pro bonis quod leuius. bonorum
tamen reddere bona pro malis. quod minus. Mediocrium est red
dere bona pro bonis quod est propinquum bonis. Nec tamen hoc christus in
euangelio reprehendit. sed uult augeri. et reddere mala
pro malis. quod est propinquum malis. et quod est quasi in iustorum iu
sticia. non quod iniquum sit ulcisci. cum et lex modos ulcionis
constituit. oculum pro oculo. dentem pro dente. sed quia ulciscen
di libido uiciosa est. Salemon. Noli esse multum iustus.
est qui perit in iusticia sua. Volens singulis peccatis
respondere uindicando mortem inuenit. est et ei quem punit.
Diliges dominum ex toto corde. ex tota. anima. ex tota
mente. ut omnes cogitationes tuas. et omnem uitam et omnem
intellectum in illum conferas. P R I O R A. Mandatum
legit de uno deo colendo ne sit superstitio. Secundum ne
nomen dei in uanum accipiatur. ne sit error heresum. Ter
cium despe futuri quietis ne regnet amor seculi. Cum salus
sit causa edendi. ad iungitur se ut pruriosa pedisseque
iocunditas et perire conatur. ut eius causa fiat. quod salu
tis causa exigebat. AVGVSTINVS IN PS.
Excellentes in ecclesia paci debent uigilan
ti intencione consulere. ne propter suos honores
superbe agendo scismata faciant. unitatis compa
ge disrupta. Minore debent obedire. ita ut in eis.

quod perfectius non reddere mala pro malis.